93

1511. d. 7. Junij

Sigism: I. Rex Poloniae Capitaneo Lublinensi:

Proclamari jam dudum mandavimus, ut ex Decreto Conventus generalis omnia in fluminibus obstacula praecipuè in Visla navigationem impedientia sub poena 60. Marcarum tollerentur, ut navigijs sursum ac deorsum apertus pateret transitus. — Nunc audit, quod dum sal nostrum ex Russia secundò flumine Prussiam duceretur, non modicum damnum ex remoratione navigiorum per obstaculum Chobrenski Judicis Lublinensis ad Wreczlaw accepimus. Mandamus tibi ut Eum ad Judicium Castri cites pro poena 60. Marcarum, eandemquè sine remissione ab eo exigas. Pro damno autem Nobis illato, postquam de magnitudine damni cognoverimus, contra eum agemus. Factura pro gratia Nostra. Datum in Brzescie. 7. Junij, 1511.

Thesauri Oeconomica